

Bonaventura Francesco Cavalieri

geboren im Jahre 1598 in Mailand
gestorben am 30. November 1647 in Bologna



EXERCITATIONES GEOMETRICÆ SEX.

- I. De priori methodo Indivisibilium.
- II. De posteriori methodo Indivisibilium.
- III. In Paulum Culinum e Societate Iesu dicta Indivisibilia oppugnantem.
- IV. De usu eorumdem Ind. in Potestatibus Cossicis.
- V. De usu dictorum Ind. in visis, diffor. graubus.
- VI. De quibusdam Propositionibus miscellaneis, quarum synopsis versa pagina ostendit.

Auctore F. Bonaventura Cavalerio Mediolanensi Ordinis Iesuatarum
S. Hieronymi Priore, & in Almo Bononiensi discipulorum
primario Mathematicarum Professore.

AD ILLVSTRISSIMOS, ET SAPIENTISS.
SENATVS BONONIENSIS
QUINQVAGINTA VIROS.



BONONIAE Typo Jacobo Mazzoni. 1647. Auctoris obitus pag. 4.

LIBER VII.

403

rem recta, DF, vel nihil est saltim ad alteram partem, si eni aliqua illius portio esset ad alteram partem rectae, DF, iam recta, DF, secaret figuram, BAC, quod est absurdum, ergo recta, DF, tangit curvam, BAC, igitur possibile est, &c.

COROLLARIUM.

Hinc manifestum est quomodo ducenda sit recta linea datam curvam totam in eodem plano cum ea existentem contingens, quae quidem data recta linea sit aequidistans.

LEMMA IV.

Si proposita quaecumque figura plana vni regulae parallelis quocumque lineis ita secari possit, ut conceptae in figura rectae lineae integrae semper existant: Ipsa ex parallelogrammis rectilineis, aut curvilineis, seu ex figuris in alteram partem deficientibus, regula eadem, componetur.

Sit quaecumque figura plana, SPFR, talis tamen, ut secia quocumque vni regulae, ut, FE, parallelis, concepta in ipsa recta linea integrae sint. Dico ipsam, vel ex parallelogrammis rectilineis, aut

curvilineis, vel ex figuris in alteram partem deficientibus, reg. eadem, FE, componi. Sint enim ductae, SA, FE, oppositae tangentes figurae, SPFR, regula eadem, FE, quibus incidat quomodocumque, recta linea, AE, moueatur autem, BE, versus, SA, semper aequidistanter eadem, SA, donec illi

congruat, interim vero punctum, E, ita in ipsa feratur, ut describat lineam, ENA, cum, AF, figuram, ANE, comprehensam, quae eidem, SPFR, sit aequaliter analoga iuxta regulam, FE, in eadem integris existentibus parallelis ipsi, FE, ad amb. terminis, ANE, terminantibus: utrius feratur recta iuxta, AB, versus amb. terminis, ANE, semper ipsi, AB, aequidistanter donec eorundem perfractis figuram, ANE, adnotentur autem contactus lineae sic decurrunt




Fig. 1